

chiales Curati.

¶ Quarto dicitur in dicta Clementina,
¶ Curati ministrare habent Ecclesiastica Sa-
cramenta. ¶ Quinto dicitur, ¶ Curatis de iu-
ste competit proponere verbum Dei, & prædi-
care. ¶ Sexto præcipitur, ut de obuentioni-
bus tam funeralibus hoc est quæ cum funere
deferuntur] quam quibuscunq;, et quomodo-
cunq; reliq;is, quarta siue Canonica portio de-
tur Curatis ab ipsis Fratribus.

¶ His igitur omnibus derogatur per hoc
privilegium Pauli. 4. in quo confirmantur in-
nouantur, & de novo conceduntur privilegia
specialia Fratribus Prædicatoribus, & Mino-
ribus concessa ab Innocentio. 8. Gregorio. 9.
Nicolao. 4. Leone. 10. Adriano 6. & alijs Sum-
mis Pontificibus à quibus data est eis ubiq;
prædicandi facultas. Ex quo necessaria non
est Episcopi aut Curati licentia : imo eo
contradicente non solum potest prædicare
Religiosus, in Nono Orbe, Infidelibus, & Neo-
phiris, sed etiā Sacramenta ministrare contra
Clementinā Religiosi iam allegatā : & etiam
ex indulto Apostolico Pij. 5. ad instātiā Catholi-
ci Regis Philippi secundo cōcesso. De quo supra
ver. Baptizare. & ver. Capitula Prouincialia: